





Georg 539



Georgs-B.



11 12

Sermo de sancto Antonio Heremita  
Domini Doctoris Martini Luthe-  
ri. in quo omnia sanctorum exem-  
pla. que utiliora sunt fa-  
cillime deprehendes.



Anno Dñi M. D. XXII.  
Wittenberge.





Ad lectorem Salutem.

Nemo om̄i est qui ignoret / in quem abusum omnis monastica cohors  
abijt / atq; adeo omnis mos ac consuetudo primitive ecclesie. vt quod  
cōmune primū fuerat / iam in priuatum redijt cōmodum. sic vt quicq;  
auaritie studio / hoc quod om̄i hom̄i cōmune est / vite sue proposuere.  
Primū eten̄ in ecclia pueri in re cristiana instituebātur / isticq; cōm̄i  
victu fouebātur ad annos vsq; pubertatis. q̄n ex ephebis excedebant.  
tandem (vt docent mōdūmenta veterū historiāz) matrimonio iūgebant.  
De hinc inde errabūdi (ita vt sit) discurrerēt. nīmū segnitie / turpiq;  
otio atq; adeo leuiusculis rebus se se cōmittendo que vt plurimū libi-  
dini ocaſionem prestant. Porro vbi visum fuerat maioribus natu / qui  
huic munere preerant / quib; ecclie bona pro stipendio erant: eū ipsum  
pietatis vsum in rem priuatā atq; pbarisicā traduxerunt. secluso om̄i  
paupeꝝ ope. et eo prodijt tota cuculatoꝝ caterua: Sic ventū est eouſq;  
q; charitati adeo palam aduersatur: neq; in vllō monastice religionis  
pretextu fauilla pristine charitatis sic illufcescit. spetiemq; pietatis pre  
se ferre videt q̄ in illo ipso ordine qui est reuerendi p̄fis sc̄i Anthonij.  
in quo om̄es qui flāmam adustionis (vt vocant) senserūt / cunctis vite  
sue diebus victu et amictu aluntur gratuito. propter pietatē cristianā.  
circa expensaz refusiōem. Hinc est q; quotannis eius nomine questua-  
riū per oppida quedā et loca / totamq; cristianitatē quasi / elemosinas  
in paupeꝝ subsidium colligunt / id q; palā est. Vale.

Diū  
Euāg  
nō dñ  
hūc p  
Et  
dei  
dicanda  
pponit  
ad nupt  
ad gent  
exempli  
rentis a  
hoc est  
male cup  
villioꝝ  
fides est  
fide. Cri  
daturi si  
operibu  
aut nra p  
incubat  
que grat  
da breue  
viri ppo  
mus in v  
et qua  
uem ded  
omni hō  
lum / vt  
gaudere  
faciant tr  
diant in  
lectiam  
et quiete  
fauoꝝ / p  
stiam in  
vere sed  
tempral  
ritualibu  
hōis nō



Ihesus

Quasi mō geniti cristianissim⁹ doctor Martin⁹ Lutherus  
Euāgelice veritatis restaurator in fauorem principis Friderici nec  
nō dñi doctoris Reylenbach Preceptoris in Lichtēberg p̄dicauit  
hūc s̄monem de sc̄to Anthonio. q̄ festū dedicatiōis illo die ibidem.

**I** Examini in dño et exultate iusti. ps̄ 31. Exultent iusti in cōspectu  
dei. ps̄. 67. Exultate iusti in dño. ps̄. 32. Sanctorū vitas pp̄lo pre  
dicandas docet Paulus ad Heb. 11. capit: vbi multa patrum exēpla  
pponit: ad fidem in deū prouocandā. vt Christus Mar. 2. 2: Inuitatis  
ad nuptias dicit Thauri mei ⁊ altitia mea occisa sunt. idest sc̄i patres  
ad gentiū fidem et mox predicationē. et Augusti li. cōfess. Cōfitei se  
exemplis sanctorū auditis cōuersum: allegās illud psal. 119. Sagite po  
tentis acute cum carbonibus desolatorijs: Et vastant oēm impietatē.  
Hoc est verbum dei cum exemplis sanctorū. Primo quidem desolatur  
male cupiditates/ conuertitur fortit̄ p̄ctōres Exēpla sanctorū illa sunt  
vtiliora: in quib⁹ plura d̄ fide q̄ de opibus et miraculis docent Quia  
fides est prior et necessaria ad opa. sed opera fieri possunt sepius sine  
fide. Christus em̄ mathei 24. P̄dixit futuros/ qui prodigia et signa  
daturi sunt vt in errorem ducant/ si fieri posset etiam electos. Nullis  
operibus aut miraculis est fidendū/ nisi fidem prebent ⁊ iuuent. Cum  
aut̄ n̄ra professio precipuū habet sanctū Anthoniū/ et officio nostro  
incubat eundem sc̄m p̄ orbem cōmendare/ deiq; grām in eo p̄dicare:  
que gratia fidi in deum: mirabiliter in eo excelluit. statui ex eius legen  
da breuem et insignem partem decerpere et in ea nobis exemplū tanti  
viri pponere: legimus itaq; in vita sancti Anthonij (vt beatus Jeroni  
mus in vitas patrū capi. 36. refert) Quod aduersus oēs temptatiōes  
et quacūq; tribulatiōes (quibus nos oēs quotidie agitamus) bre  
uem dedit discipulis suis doctrinam. talem sc̄z. Quod studendum sit  
omni hōi spūalem letitiam habere hanc ⁊ sic efficacem contra om̄e ma  
lum. vt demones nō aliud eque odiāt in hōe/ q̄ si viderint eum spūalr.  
gaudere: cū ipsi sint spūs tristitie. Hoc vitio maxie sagitant. vt hoies  
fariant tristes/ deiectos/ graues corde ⁊ anxios. qua temptatiōe impe  
diant in illo bona opa. multis aduersitatibus eos pulsant/ vt spūalem  
letitiam extinguant. Est aut̄ letitia alia carnalis: que orit̄ ex affluentia  
et quiete rez corporalium vt sunt sanitas/ fortuna/ diuitie/ dignitas/  
fauor/ potentia/ amicitia ⁊ similia. et hec nihil profunt imo augent tri  
stiriam in tempe aduersitatis. quia sicut res in quibus letatur nō sunt  
vere sed fallaces et tempales. ita et gaudium in eis nitens fallax est et  
tempale. Ideo notanter dicit letitia spūalis que oritur ex rebus spi  
ritualibus. Spirituales aut̄ res sunt inuisibilia dona dei et que in cor  
hōis nō ascenderūt: q̄ ocul⁹ nō vidit nec auris audiuit vt pau. 1 Cor. 2

onastica cohors  
ecclesie. vt quod  
um. sic vt quicq;  
sue proposuerit.  
ur. istiq; comi  
bis excedebant.  
indio iugebant  
egnitie/ turpiq;  
vt plurimū libe  
ribus natu/ qui  
erant: eū ipsum  
runt. secliso om̄  
uentū est eouq;  
affice religionis  
mā pietatis pre  
is sc̄i Anthonij  
rūt/ cunctis vite  
dietetatē cristianā.  
omine questua  
nali/ elemosinas



Querit ergo: quomodo potest hō gaudere de his que nō videri nec  
audit: nec cōprehendit? Respondetur Deus hic previdit pulchrū reme-  
diū: quia ex quo res ipsas nō possumus cōprehendere: apprehende-  
remus ipsas res. Hec sunt Verbū ⁊ Sacramētū. Verbū est pmissio  
qua promittit res ipsas. Sacramētum est signū quo ostendit res. Si  
ergo pmissionem et signum eius apprehenderimus vere res ipsas  
apprehendemus. Quare nihil iucundius: dulcius: efficacius ad cōso-  
landos nos in hac vita quā pmissio diuina ⁊ signum eiusdem seu sa-  
cramentum. Quid autē pmittit verbum seu dei pmissio? Respondet  
bona q̄ maxime cupit homo. Quid cupit homo? Vivere nunq̄ mori.  
sine pctō ⁊ mala cōscientia esse: bona et leta cōscientia agere: esse secu-  
rum a timore mortis ⁊ inferni: estugere extremū iudicium. Hec enī cū  
interrogas ab homine. Respondet: se se toto corde cupere. quia hec  
ipsa sunt que omnē hominē cōtristant. vt si oia mundi gaudia habeat  
tamen cor ei⁹ contentū esse non potest: donec mortem timeat et pecca-  
tum sentiat in sua mala cōscientia. Ad ista ergo mala euitanda ⁊ bona  
acq̄renda omnes hoies solliciti sunt: nec est vllus tam insensatus qui  
nolit vitam pro morte / celum pro inferno / iusticiam pro pctō / sed pau-  
ci inveniunt vitā ⁊ locum in quo hec inveniunt. Nec potest vllus ho-  
mo spiritualit̄ letari nisi ista iuenerit. ideo qñ sanct⁹ Anthonius letitiā  
spiritualē sic cōmendat: vt sacra scriptura docet. debere letari et glo-  
riari in domino / sine dubio vult q̄ letitia spiritualis sit de securitate  
peccati. mortis / et inferni / et certitudo de iustitia / vita et salute. Sic  
baruch. 3. Israel dīce vbi sit sapientia: vbi sit virtus: vbi intel-  
lectus: vt simul scias vbi sit longiturnitas vite et victus: vbi sit lu-  
men oculorū et pax: quis inuenit locū eius et quis intravit in thesau-  
ros eius / Et sequit̄ ibi q̄ mlti principes eius sapientes studiosi ⁊ om-  
nes homines quesierunt eam. Sed nō inuenerunt ideo perierunt. Vide  
ibi pulchrū in fine capituli vbi ergo inuenit̄: ista letitia: ista sapientia:  
ista pax. Et omnia iam dicta bona / dum viam querunt hoies ad ea.  
aliqui volunt p̄ opera sua ⁊ ingenia peruenire ad hanc viam et pacē.  
Quia dum vexantur a peccatō et cōscientia sua siue timore mortis et  
inferni. Sunt: alius Romā: alius Compostellā: alius Ieiunā: sic alius  
hoc / alius illud op⁹ aut locum aut tempus eligit in quo se exerceat vt  
peccatum mortemq̄ euadat et letetur spiritualit̄ in pace cōscientie. et  
omnes hy frustra querunt ⁊ pereunt cum illis quos Baruch enume-  
rat. Quia nō inueniuntur ista bona letitie spiritualis in vllō loco. ope.  
certo die. sicut ibidem dicit / quis ascendit in celum et eduxit eā de nu-  
bibus / quis transiret mare ⁊ attulit eam super aurum electrum. nō  
est qui possit scire vias eius neq̄ qui exquirat semitas eius. Rationes  
oim̄ ibi vt dixi quia sunt inuisibilia bona que verbo tantum compre-

hendun-  
tem. ab-  
itaq̄ cer-  
non est  
sua / seu-  
um que  
dicit B-  
non ali-  
si tribul-  
tio diab-  
et ad pr-  
requien-  
auffer-  
deo q̄ n-  
peccatu-  
diderit  
dendum  
mor: fue-  
et cred-  
zatus s-  
adheser-  
tizatum  
aut con-  
tempta-  
dicens  
sum: qu-  
stat con-  
bis bap-  
oportet  
mus let-  
ticular-  
tiali let-  
erit sol-  
vel aqu-  
solutum  
re: in h-  
opere c-  
propp-  
tuos n-  
pactis e-  
miter e-



beneduntur promissionis (oportet ergo hominem ista inuenire volentem abdicatum esse omnibus visibilibus et corporalibus rebus) locus itaque certissimus in quo inueniuntur pax et letitia cordis et propterea non est alius quam verbum diuine promissionis. quare qui in tristitia sua seu mala conscientia seu in periculo mortis alio currit et auxili-um querit quod in promissione dei hunc impossibile est non perire. Unde dicit Baruch. qui nouit omnia adinuenit eam et tradidit illam. Jacob non aliter quam in verbo promissionis. quare si uiget te peccatum si tribulat mors aut infernus aut quodcumque periculum. aut temptatio diaboli. opus est ut oculos auertas ab ipso malo quod te affligit et ad promissionem dei omnibus viribus te conuertas. in ea enim inuenies requiem et pacem et letitiam anime tue quam totus infernus non possit auferre. Quæris autem quot sunt verba promissionis diuine. Respon- deo quod multa. primum quidem est generale contra omne malum: siue peccatum siue mortem siue tribulationem quacumque. Quicumque cre- diderit et baptizatus fuerit saluus erit etc. Hoc uno est maxime gau- dendum quia si in tribulatione quacumque huius promissionis dei me- mor fueris et sic dixeris contra diabolum. Ecce ego baptizatus sum et credo in christum adducendo mox illud: quicumque crediderit et bap- tizatus fuerit etc. iam es vere in loco pacis et letitiae et quietis. Si enim adhaeris his verbis fortis et non dubitaueris ea esse uera: tunc vere bap- tizatum impossibile est ut te peccatum vel mors vel diabolus superet aut contristet. Sic legimus de sancta quadam uirgine que ad omnem temptationem cuiuscumque mali non aliud opposuit quam suum baptismum dicens breui uerbo ad satanam et ad mala impugnantia sic. christiana sum: quasi diceret baptizata sum et credo ideo nihil facis sathan quia stat contra te inuictissimi promissionis uerbum: qui crediderit etc. nam et no- bis baptizatis et credentibus dedit promissionem generaliter quam oportet cum fiducia opponere contra omne malum. et mox sentie- mus leuamen. præter hanc generalem promissionem sunt quedam par- ticulares ut si peccata tua te in conscientia tua perurbent. habes pro spe- ciali letitia excitanda. illud Marthei. 18. Ca. Quodcumque solueritis erit solutum etc. si ergo fueris absolutus a peccatis tuis per sacerdotem vel aqua libet in necessitatis articulo et in hac promissionem dei quam ab- solutum a peccatis dat te receptum in gratiam et non alio currens ue- res: in hoc enim differunt stulti et sapientes. Stulti uolunt se proprio opere quietos reddere ante uerbum et fidem eius. Sapientes autem proprio uerbum promissionis et fidem apprehenderunt et in hoc se- tutos reponunt. deinde operantur bona: sic inuenisti locum tutissimum pacis et letitiae: quia deus non fallit nec mentitur. modo tu credas fir- miter eius promissioni iste est locus refugij de quo psal. 70. Esto michi



in deum protectorē et in domum refugij vt saluum me facias ꝛc. quia  
vt (dixi deum) habere non possumus. cum sit inuisibilis nisi in verbo  
promissiois sue. Nempe ipse est protectio ꝛ refugij nrm. Si ergo te  
mors aut periculum mortis viget. quo ibis? non nisi ad verbum cristi  
vbi dicit Johan. 11. Ego sum resurrectio et vita. qui credit in me nō  
moriatur et licet moriatur viuet. hoc verbū tibi nō mentitur. Si ipsum  
in fide. apprehenderit et cristum vere dixisse credideris et inuocaueris.  
q̄ si non feceris omnia alia frustra facis. et peribis Sic si te aliq̄ tribu  
latio onerat quecūq̄ illa sit. habes verbum cristi Math. 11. Venite ad  
me omnes qui laboratis ꝛc In quo. loco sic serue pacem et omne bonū  
inuenies. si credideris Cristum vere tibi ea verba dixisse. Ita omnino  
nō est pax. nō est salus. non est leticia. nisi in verbo dei. p̄mittēt bona  
sua. Duo sunt ergo necessaria ad spūalem letitiā quā sc̄tus Anthoni⁹  
egregie cōmendauit. Primum est verbum. p̄missionis. Deinde fides in  
idem. Sicut ad sanitatem corporalē duo requiruntur. Primum locus  
firmus ac tut⁹ standi. Introitus ꝛ receptio in eundē. Hic aut̄ diabol⁹  
multa arte insidiat̄ nobis. Primo conat̄ hic distrabere ne in periculis  
et malis suis recorderē aut inueniat verbum p̄missionis. dum solum  
peccata et pericula et mala p̄ponit et magnificat. q̄ si nō potest. phibe  
re inuentionem quin homo tandem apprehendat verbum. tamen molit̄.  
(Ne homo ingrediatur) viam intercludere. hoc est ne homo firmiter  
credat p̄missionis verbo. Sicut in simili. milites in bello primo nitun  
tur hostes suos distrabere a locis suis tutis et facere vagos et erra  
būdos vt non sciant quo vadant et fugiant. q̄ si hec nō possunt impe  
dire cum sciant locum a quo pungnant student tamen eis viam interci  
pere ne pueniant eo. Ita in isto spūali negotio conscientie. sc̄z quando  
viget peccatis aut morte. aut quacūq̄ temptatione oportet primo ver  
bum dei arripere cum sit artem inuictam nosse et apprehendere dimissis  
alijs oibus que diabolus suggerit. deinde fortis se eijdem verbo crede  
re et diuinationi non consentire quā diabolus mouet. et sic ingredi in  
castellū dñi securum et firmū ꝛ credere fortis p̄missioni dei. dicisem̄  
si sola fides ad verbū sufficit non ergo sunt bona opera facienda. Re  
sponderē sunt facienda sed hoc vult scriptura primo cor̄ hois adhereat  
verbo diuine p̄missionis p̄ firmam fidem. et sic ex illa fide fluunt opa  
ex gratuito dei amore nullius pene vel p̄mij respectu q̄ iam habet he  
reditatem per fidem siquidem fide purificant̄ corda et ḡtis iustifican̄  
ex fide non ex operibus. et sic. p̄sunt opera. alioquin si non fuerint hec  
puta verificatur verbum apli ad Ro. 14. Omne q̄ nō est ex fide pctm̄  
est. vbi aut̄ ista duo fuerint. verbū et fides. ibi omnia opera sunt bo  
na. ꝛ vbi nō: ibi omnia sunt noxia et mala. In hoc enim differunt stulti  
et sapientes q̄ stulti prius per opera volunt se quietare añ verbū et

ei⁹  
et fi  
bon  
doc  
Sic  
tia  
enir  
da  
tur  
tus  
qui  
sicq̄  
anu  
ver  
ties  
bac



quia  
erbo  
go te  
cristi  
ne nō  
sum  
eris.  
tribu  
te ad  
donū  
nino  
ona  
oni?  
es in  
ocus  
bol?  
culs  
lum  
ibe  
olif.  
iter  
itun  
rra  
npe  
erci  
ndo  
o ver  
issis  
rede  
di in  
sem  
Re.  
reat  
opa  
he  
canē  
hec  
ctm  
bo  
ulti  
i et

eius fidem. Sapientes autem. Omnium primo verbum promissionis  
et fidem apprehendunt et in hoc tutos se reponunt. deinde operant  
bona. pater ergo sanctū Anthonium breuem et nobilissimam dedisse  
doctrinam cōtra omnia mala dū docuit nos letari in dño spiritualiter.  
Hic ecōuerso nō est gratior diaboli occasio ad nos perdēdos q̄ tristi  
tia Sicut dicit Ecclesiastici. 30. Tristitiam longe pelle abs te: multos  
enim occidit tristitia et non est utilitas in illa. Quomodo aut expellen  
da sit iam dictum est scilicet per verbum dei et fidem nr̄am. Unde legi  
tur de sancto Anthonio q̄ letitia spirituali sic erat plenus vt nūq̄ vul  
tus eius diuersus apparuisset sed semper equalis et ideo dicitur. q̄  
qui eum ante non vidisset ex aspectu ⁊ hilaritate vultus cognosceret  
sicq̄ impleuit verbum apostoli Semp in dño gaudete. neq̄ enim cristi  
anum (etiam si peccet) propter peccatum cōtristari oportet sed mox p̄  
verbum promissionis et fidem resurgere debet. dicente scriptura sep  
ties in die cadit iustus ⁊c. Hic tenete exemplum sancti Anthonij pro  
hac vita nobis commendatum. donet nobis feliciter mutari dñs.


















Disputatio  
facij & C. vlogst.

533















790 11 12

Sermo de sancto Antonio Heremita  
Domini Doctoris Martini Luthe-  
ri. in quo omnia sanctorum exem-  
pla. que utiliora sunt fa-  
cillime deprehendes.



Anno Dñi M. D. XXII.  
Wittenberge.

